



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CLXXI. Der Markgraf Woldemar verschenkt an das Domcapitel das Patronatsrecht der Kirche zu Markow und Markee zum Gedächtniß seines Schwestersohns des Markgrafen Johann, am 21. Februar 1318.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

CLXXI. Der Markgraf Woldemar verschenkt an das Domcapitel das Patronatsrecht der Kirche zu Markow und Marke zum Gedächtniß seines Schwestersohns des Markgrafen Johann, am 21. Februar 1318.

— nos Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Lusacie marchio — honorabilibus viris preposito, priori totique capitulo ecclesie Brandenburgensis dedimus et per presentes literas liberaliter et propter deum donamus jus patronatus ecclesie villarum Markowe et Marke de perpetuo possidendum, ita, quod predictae Brandenburgensis ecclesie prepositus suo et ecclesie sue nomine predictam ecclesiam in Markowe et Marke de locare aut facere officari per unum sacerdotem de eorum capitulo poterit, ut magis expedire videbitur, pro sue bene placito voluntatis, renunciante simpliciter in presenti litera juri patronatus predictarum villarum ecclesie pro nobis ex nunc et in perpetuum, et pro nostris heredibus atque successoribus, quod in dicta ecclesia hactenus dinoscimur habuisse aut possit competere in futurum. Proinde predicti prepositus, prior et capitulum, ut arbitrati sunt, nostri ac fororii nostri Johannis, quondam de Brandeborch marchionis, bone memorie, memoriam peragent sempiternam. Et ne super hujusmodi nostra donatione per nos rite facta aliquibus in posterum dubium valeat suboriri, presentes literas desuper scribi iussimus et nostri sigilli robore communiri. Testes hujus sunt nostri fideles: Henricus Stendalensis ecclesie decanus, Everardus in Stolpe prepositus, capellani, Redeko de Redere marescalcus, Mathias de Bredowe, Henningus de Vorlant et Buffo de Mylowe, milites, cum aliis pluribus fide dignis. Datum et actum in Spandowe anno domini millesimo trecentesimo decimo octavo, in vigilia cathedre sancti Petri apostoli.

Nach dem Originale.

CLXXII. Der Bischof Johann verkauft eine Hufe in Knobloch und das Recht eine eigene Schäferei zu halten an die Pfarre daselbst, am 22. April 1318.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Nos Johannes dei gratia Brandenburgensis ecclesie episcopus, omnibus in perpetuum. Cum multotiens actus legitimi, propter diversos casus, qui rebus humanis incidunt, immutentur, expedit, gesta hominum linguis testium ydoneis et scriptis autentice eternare. Ad notitiam igitur universonum tam presentis quam futuri temporis deducimus per presentes, quod de consensu capituli Brandenburgensis domino Hinrico, rectori ecclesie Clebeloc, vendidimus unum mansum in agris ville Clebelok situm et aream ad predictum mansum pertinentem cum hereditate et proprietate ejusdem mansi et aree et cum omni juris integritate proprietatis ac hereditatis titulo quiete et pacifice perpetuis temporibus possidendum, eo modo, quod iste mansus et area uniantur aliis duobus mansis prius jam dicte ecclesie adjacentibus, per quos ecclesia primitus est dotata, ita videlicet quod predicta ecclesia Clebeloc de cetero tribus mansis in equali libertate dotata censeatur cum adjectione aree memorate, abrenunciante universo juri, quod hactenus habuimus, tam in manso quam in area supradictis, ita quod nichil juris aut proprietatis vendicabimus nobis in eisdem. Proinde persolvit nobis dominus Hinricus predictus viginti quatuor marcas argenti et ponderis Stendaliensis, quas in usum ecclesie nostre dinoscimur convertisse. Ceterum rectori predictae ecclesie Clebeloc, qui pro tempore fuerit a preposito sive a capitulo institutus, pie indulsumus, ut

Hauptst. I. Bd. VIII.